

10

GYMNASIUM MIT REALSCHULE I. ORDNUNG

ZU
THORN.



ZU DER
AM DIENSTAG DEN 23. MÄRZ 1880
STATTFINDENDEN

ÖFFENTLICHEN PRUEFUNG

ALLER KLASSEN

LADET

IM NAMEN DES LEHRERKOLLEGIUMS EIN

DR. FR. STREHLKE,
DIREKTOR.

INHALT: *De genuina Demosthenis pro corona orationis forma.* Von Richard Nadzowski.
Schulnachrichten. — Vom Direktor.

THORN, 1880.

GENERAL A. DEMOND DEAR

RECEIVED FEBRUARY 18 1864

NEW YORK


DE
GENUINA DEMOSTHENIS

PRO

CORONA ORATIONIS FORMA.

SCRIPSIT

RICHARD NADROWSKI.



GENUINA DEMOSTRACION

1880

FORO GRATUITO FORIA

1880

FORO GRATUITO FORIA

Quum Demosthenem orationes suas domi summa cum diligentia elaborare solitum esse, satis constet¹⁾, mirum est, quod hanc consuetudinem in oratione de corona minus secutus esse videatur. Nam non modo saepius verba sua eadem repetit, verum etiam interdum sententiis istis repetitis ita nexum atque progressum orationis interrumpit, ut frustra commentatorum grex vitia σοφιστικῶς, si dicere licet, vanis excusationibus operire studeat²⁾. Neque sententiarum ordo solum ejusmodi est, ut vix summo isto oratore sit dignus, sed in rebus ipsis quoque commemoratis sunt quae lectorem offendant attentioem. Quare Kirchhoffium³⁾, qui orationem de corona e duabus recensionibus conflata esse censeat, rem acu tetigisse opinatus, singula tantummodo, quibus vel corrigatur vel certis finibus circumscribatur clarissimi viri sententia, pertractare in animo habeo. Atque si ille quaestionis instituendae canonem, quo usus rectam genuinamque Demosthenis orationis formam esset constructurus, sibi sumpsit et considerationem rerum⁴⁾ tum vel a Demosthene vel a Philippo gestarum et Aeschinis habitam actionem, ego sensum et connexum sententiarum examinandum mihi proposui. Diversam igitur quaerendi viam ingressus, si ad eundem atque Kirchhoffius finem pervenero, eo magis id, quod uterque nostrum eruerit, speciem habebit probabilitatis. Jam videamus de prooemio, conflato, ut K. censet, ex duabus partibus, quarum altera ad primam orationis recensionem, ad secundam spectet altera; ita ut §§ 1—2. 5—7. 9⁵⁾ ab eo, qui alteram editionem curavit sive fuit Demosthenes ipse sive alius quispiam, postea sint additae. At primum fallitur K., prooemium §§ 1—8 consistere opinatus, nam, verum quaerentibus nobis, exordium § 18, ubi enumerandis rebus a se gestis orator incipit, demum finitur. Quod dilucide demonstrat particula γάρ, ab oratore saepius (cf. De Halonn. § 2. ad Philipp. epist. § 3. contra Androt. § 5) praeter par-

1) A. Schaefer: Demosthenes und seine Zeit III. Beilage p. 78: „Wir wissen, dass Demosthenes nicht leicht unvorbereitet redete.“

2) Dissen ed. or. de cor. p. 142: „videbis autem opus ut tractatione rerum, ita divisione et dispositione partium pulcherrimum;“ p. 152: „de repetitionibus nonnulla dicenda videntur. Habentur repetitiones fortasse in omni oratione, nec evitari possunt semper, siquidem eadem re saepe alio loco denuo opus est, nec reprehendi hic quidquam potest, modo res digna sit quae repetatur, nec jejune id fiat, sed cum variatione“; p. 153: „etsi igitur re vera his omnibus locis subest idem, tamen sic tractati sunt, ut nullus plane similis (??) sit caeteris, ultimus autem omnium sit disertissimus et acerbissimus. Quod quis non laudabit?“ Harles ed. or. de cor. proll. p. 3 sqq. attulit judicia ac laudes veterum commentatorum de hac oratione. Etiam Schaefer l. c. III. p. 261 sqq. orationem de corona laudibus maximis effert.

3) Kirchhoff in den Abhandlungen der Berliner Academie der Wissenschaften 1875; philologisch-historische Klasse p. 59—99.

4) Winiewski: commentarii historici et chronologici in Demosthenis orationem de corona Monast. 1829; grande volumen auctor conscripsit, sed neque quaestionem post tot annos de eadem re inchoatam divinavit, neque rebus hic narratis offensus est, ut Kirchhoffius l. c.

5) Kirchhoff l. c. p. 80—82.

culus μὲν οὖν (cf. Ol. α § 2. Ol. β § 3. Ol γ § 3. Philipp. I § 2. De pace § 13. Philipp. II § 6. Philipp. III § 2. Philipp. IV § 2) in transeundo ad causam ipsam adhibita. —

Cap I.

A. Ordo sententiarum et nexus recensetur in prooemio (§§ 1—17.)

Quamquam K. haud ignoravit, laxe §§ 1—2. 3—4. 5—7. 8 inter se junctas esse⁶⁾, id tamen, quod imprimis est in aperto, neglexit: sensum §§ 1—4 et rursus §§ 5—17 paene esse eundem, vel potius dicam, saepius verbo tenus hasce §§ inter se congruere; unde non injuria alteram prooemii partem ex altera pendere ac natam esse possis concludere. Verum, ut re dicta approbem, sensum singularum §§ nunc recensebo:

§ 1 orator deos precatur, ut sibi benevolentiam Atheniensium parent efficiantque, ne adversarius in consilium adhibeatur; jam K. vidit⁷⁾, eadem verba etiam § 8 repeti; quid quod etiam § 10 idem orat auctor noster: ἐμοὶ δ' ἦν παρὰ πάντα τὸν χρόνον εὖνοιαν ἐνδέδειχθε... καὶ νοὶ παράσχεσθε; porro huc velim contuleris § 141: καλῶ δ' ἐναντίον ὑμῶν τοὺς θεοὺς ἀπαντας, καὶ πάσας... καὶ ἐπεύχομαι πᾶσι τούτοις, εἰ μὲν ἀληθῆ πρὸς ὑμᾶς εἶποιμι... εὐτυχίαν μοι δοῦναι καὶ σωτηρίαν. Quodsi cum K. §§ 1—2. 5—7. 10. 52. 122—324 secundae recensionis esse credimus, offensio maxima, quae in congruenti §§ 1—8 sensu inest, tollitur, altera manet, nam neque tum satis intellegi potest, quomodo orator verborum ac sententiarum copia maxime omnium praeditus tam humiliter suimet ipsius sententias ter nam quinquies in oratione ut nunc eam traditam habemus id fit: § 4. 8—9. 11. 17 — repetere animum inducere potuerit.

§ 2. Judices secundum leges et jusjurandum neque ullam praesumptam opinionem afferre et rectum ordinem defensionis servare debent. Idem dicitur § 6 fere iisdem verbis: ἀξιῶ καὶ δέομαι πάντων ὑμοῖός ὑμῶν ἀκοῦσαί μου... ὥσπερ οἱ νόμοι κελεύουσιν; § 7 fine: τὴν πρὸς τοὺς θεοὺς εὐσέβειαν (vide § 1) διαφυλάττων καὶ τὰ τοῦ λέγοντος ὑστερον δίκαια εὐνοϊκῶς προσδέξεται καὶ παρασχὼν ἑαυτὸν ἴσον καὶ κοινὸν ἀμφοτέροις ἀκροατῆν, οὕτω τὴν διάγνωσιν ποιήσεται (observa, etiam hic, ut § 2. periodi ἀπόδοσιν incipere particula οὕτω!) cf. § 227, quae Aeschinis verba (adv. Ctes. 62, 12) spectat.

§§ 3 et 4: Athenienses, quae est hominum indoles, convicia audiendi voluptatem reipublicae utilitati praeferunt, cf. § 138: τῆς ἐπὶ ταῖς λοιδορίαις ἡδονῆς καὶ χάριτος τὸ τῆς πόλεως συμφέρον ἀνταλλαττόμενοι.

§ 4. Demosthenes accessurus est ad facta et acta in republica enarranda. Quod idem consilium prae se fert § 8: μέλλον δὲ τοῦ τε ἰδίου βίου παντός... λόγον διδόναι... καὶ τῶν κοινῆ πεπολιτευμένων; § 11: ὑπὲρ μὲν τῶν πεπολιτευμένων, ἃ κατεψεύδου⁸⁾ καὶ διέβαλλες, ἐξετάσω* § 17: βούλομαι δὲ... καθ' ἑν ἕκαστον αὐτῶν ἐξετάσαι καὶ μάλιστα ὅσα ὑπὲρ... κατεψεύσατό μου.

§ 5: Benevolentia Atheniensium privati Demostheni est acerbissimum, cf. § 3: οὐ γὰρ ἴσον ἴσον οὖν ἐμοὶ τῆς παρ' ὑμῶν εὐνοίας διαμαρτεῖν.

§ 6 vide ad § 2.

§ 7 vide ad § 2.

§ 8 vide ad §§ 1 et 4.

⁶⁾ Kirchhoff l. c. p. 78.

⁷⁾ Kirchhoff l. c. p. 80.

⁸⁾ verba congruentia litteris spatio sejunctis notavi; sententias easdem, sed aliis verbis expressas, in parenthesi plerumque adscripsi.

De § 9 quid sentiam, postea elucebit.

§ 10 vide ad §§ 1 et 4.

§ 11 vide ad § 4.

§ 12: Aeschines nostrum petulantia ductus accusavit, cf. § 3 οὗτος δ' ἐκ περιουσίας μου κατηγορεῖ. Observandum esse censeo, hic et §§ 13 et 138 inveniri verbum ἐπήρεια et ἐπηρειαίσειν, alioquin minus usitatum. —

§ 13 et 14: Aeschines contra Demosthenis delicta legum auxilium poenasque adhibere debebat:

§ 13: ἀλλ' ἐφ' οἷς ἀδικοῦντά με ἐώρα τὴν πόλιν, οὐσαί γε τηλικούτοις, ἡλίκα νῦν ἐτραγῶδει καὶ διεξήξει, ταῖς ἐκ τῶν νόμων τιμωρίαις παρ' αὐτὰ τὰδικήματα χρῆσθαι... καὶ τοῦτον τὸν τρόπον...

§ 14:... ἀλλ' ὅτιοῦν ἀδικοῦντά με ὑμᾶς ἐώρα, εἰσὶ νόμοι περὶ πάντων καὶ τιμωρίαι καὶ ἀγῶνες καὶ κρίσεις πικρὰ καὶ μεγάλα... καὶ τούτοις ἐξῆν... χρῆσθαι κατ' ἐμοῦ... καὶ τοῦτον τὸν τρόπον...

Neminem dubitare opinor, quin utraque § et verbis et sententiis alterius respondeat, ut jam, aut alteram ex altera natam, aut duplicem recensionem ejusdem cogitationis utramque § esse, vix possit quisquam infitiri. Sed infra⁹⁾ hanc rem etiam paucis attingam.

§ 15. Aeschines, quum Ctesiphontis rogationem accuset, Demosthenem, sibi maxime odiosum, honore spoliare vult cf. § 13 fine: οὐ γὰρ... Κτησιφῶντα μὲν δύναται διώκειν δι' ἐμέ, ἐμὲ δὲ, εἴπερ ἐξελέγξειν ἐνόμιζεν αὐτὸν οὐκ ἂν ἐγράψατο § 12, τοῦ δὲ παρόντος ἀγῶνος ἢ προαίρεσις αὐτῆ ἐχθροῦ μὲν ἐπήρειαν ἔχει (hic προϊσταται ἐχθρὸν πρὸς ἐμέ) § 5 ἀποστερεῖσθαι (hic ἀφελέσθαι)... τῆς παρ' ὑμῶν εὐνοίας καὶ φιλανθρωπίας (hic uno verbo ἐπιτιμίαν redditum).

§ 15: νῦν δ' ἐκστὰς τῆς ὀρθῆς καὶ δικαίας ὁδοῦ καὶ φυγῶν τοὺς παρ' αὐτὰ τὰ πράγματα ἐλέγχους, τοσοῦτοις ὕστερον χρόνοις αἰτίας καὶ σκώμματα καὶ λοιδορίας συμφορήσας ὑποκρίνεται....

§ 225 et 226:.. μετενεχόντα τοὺς χρόνους καὶ προφάσεις ἀντὶ τῶν ἀληθῶν ψευδεῖς μεταθέντα τοῖς πεπραγμένοις δοκεῖν τι λέγειν.... τοὺς παρ' αὐτὰ τὰ πράγματ' ἐλέγχους φυγῶν νῦν ὕστερον ἔχει ῥητόρων ἀγῶνα νομίζων...

§ 13. ἡλίκα νῦν ἐτραγῶδει καὶ διεξήξει (hic λοιδορίας συμφορήσας ὑποκρίνεται). Facile ex §§ 13, 225, 226, 5, 12 totam § construxeris! —

§ 16. Summa improbitate se praeditum esse Aeschines ostendit, quum omissa concertatione adversus Demosthenem Ctesiphontem aggrediatur.

§ 16: ὅτι τῆς ἡμετέρας ἐχθρας ἡμᾶς ἐφ' ἡμῶν αὐτῶν δίκαιον ἦν τὸν ἐξετασμὸν ποιῆσθαι, οὐ τὸ μὲν πρὸς ἀλλήλους ἀγωνίζεσθαι παραλείπειν, ἐτέρω δ' ὅτι κακὸν τι δώσομεν ζητεῖν· ὑπερβολὴ γὰρ ἀδικίας τοῦτό γε. —

§ 279: λογὸς ἀνηλωκίναί ἰδίας ἐχθρας... ἐστὶ σημεῖον οὐδενὸς χρηστοῦ· τὸ δὲ οὐ καὶ τοὺς πρὸς ἐμὲ αὐτὸν ἀγῶνας ἐάσαντα νῦν ἐπὶ τόνδ' ἔκειν, πᾶσαν ἔχει κακίαν.

§ 17: Demosthenes ex ipsis rebus a se gestis Aeschinis accusationem mendacio ac crimine niti est demonstraturus:

§ 9: ἐπειδὴ δ' οὐκ ἐλάττω λόγον τᾶλλα διεξιῶν ἀνήλωκε καὶ τὰ πλεῖστα κατεψεύσατό μου, ἀναγκαῖον εἶναι νομίζω καὶ δίκαιον ἅμα.... ἵνα...

§ 17: βούλομαι δὲ καὶ καθ' ἐν ἑκαστὸν αὐτῶν ἐξετάσαι, καὶ μάλιστα ὅσα... κατεψεύσατό μου... Ἔστι δ' ἀναγκαῖον, ...καὶ προσῆχον ἴσως, ὡς ...εἶχε τὰ πράγματ', ἵνα. —

cf. etiam § 11.

⁹⁾ p. 4 sq. h. diss.

B. Quae fuerit forma prooemii in prima recensione.

Restat mihi dicendum, quomodo, ejectis §§ spurii et ab interpolatore aliquo post Demosthenis mortem additis, genuinam prooemii formam restituere possimus. Quod optime fit quum ex observatione particularum, tum ex sententiarum ordine: §§ 1—4 sequi § 5 non potuit, quia verbis § 4 ἐὰν δ' ἐφ' ἃ πεποιήχα καὶ πεπολίτευμαι βαδίζω... πειράσομαι μὲν οὖν ὡς μετριώτατα τοῦτο ποιῆν § 5 non respondetur, sed orator §§ 5—7. 9—17 sententias jam supra dictas simpliciter aliis verbis repetit.

§ 9 Kirchhoffio est suspiciosa.

§ 10 centonibus Demosthenicis constat, cf. § 268: ἐν δὲ τοῖς ἰδίοις, εἰ μὴ πάντες ἴστε, ὅτι κοινὸς καὶ φιλόανθρωπος... σιωπῶ καὶ οὐδὲν ἂν εἴποιμι; § 141 εἰ μὲν ἀληθῆ πρὸς ὑμᾶς εἴποιμι... εὐτυχίαν μοι δοῦναι καὶ σωτηρίαν, εἰ δὲ πρὸς ἔχθραν... αἰτίαν ἐπάγω.. ψευδῆ, πάντων τῶν ἀγαθῶν ἀνόνητόν με ποιῆσαι, ubi observes bipartitam enunciationem, particula εἰ effectam. —

§ 11 plane ex recto sententiarum ordine orator aberrat subitque, sola particula δὲ transitum efficiente, Aeschinē prima persona alloquitur: sane § 11, post habitam Aeschinē orationem a Demosthene fortasse ipso editionem curante additam, secundae recensione¹⁰⁾ originem debere, verbis τῆς δὲ πομπείας ταύτης... et ἡ καταψεύδου καὶ διέβαλλες... nimio plus probatur.

§ 12 non quadrat ad nexum sententiarum paragraphi 11, quia orator de rebus publicis a se gestis dicturum se esse pollicitus promisso non stat cf. ἀλλ' ὑπὲρ μὲν τῶν πεπολιτευμένων ἡ καταψεύδου καὶ διέβαλλες, αὐτίκα ἐξετάσω, sed §§ 12—17 nihil ejusmodi continent.

In § 13 imprimis negligentia editoris hujus orationis apparet: habemus enim hic duplicem ejusdem sententiae recensione, fortasse a Demosthene ipso ad marginem ascriptam, quae, dormitante editionis curatore, in textum verborum ipsum irrepsit. Quod mihi valde persuasum habeo, utraque recensione incipiente cum vocabulo ἀλλά; sed neglegens editor in § 14 pro ἀλλά falso scripsit ἄλλο, ut sententiarum ordo aliquo modo connecteretur, curam suam perverse impendens:

I. recensio.

§ 13: ἀλλ' ἐφ' οἷς ἀδικοῦντά με ἑώρα τὴν πόλιν
..... γραφόμενον.

II. recensio.

§ 14: ἀλλ' ὅτι οὖν ἀδικοῦντά με ὑμᾶς ἑώρα,
εἰσὶ..... τοῖς ἔργοις αὐτοῦ.

At sensum rectum restituere minus prospere ei successit, vel examines initium § 14: εἴ τι τῶν ἄλλων, ὦν.., ubi pergens idem dicit ἦ καὶ ἄλλ' ὅτι οὖν..; alterutrum, aut ἄλλων aut ἄλλο spurium esse neque huc quadrare, est in manifesto; cui corruptelae facile adhibetur medicina, alteram recensione, quae constat § 13 ἀλλ' ἐφ' οἷς... usque ad initium § 14 ejicientibus nobis ac verbis § 14: ἀλλ' ὅτι οὖν ἀδ. κατ' ἐργασιῶν: nihil nunc offensionis remanet.

Quibus de causis ego §§ 3 et 4, quarum tenor locutioque vere sint Demosthenica (observa concinnam sententiarum distributionem, aptam rotundamque periodorum constructionem, anacoluthos!) primae, cum Kirchhoffio¹¹⁾, recensione esse existimo. Sequebatur sine dubio § 8. 53 sqq. Hactenus plane K. vestigia premo, sed, quomodo §§ 1. 2. cum §§ 5—7. 10—52 conjungere potuerit vir egregius, mihi est obscurum, quum § 2 eandem sententiam contineat atque § 7, quum §§ 5—7 non modo sententiis, sed etiam verbis orationis Aeschineae constant cf. Aesch. adv. Ctes. 53, 3 sqq.: ἐγὼ πεπιστευκῶς ἦκα πρῶτον μὲν τοῖς θεοῖς, δεῦτερον τοῖς νόμοις καὶ

¹⁰⁾ Quam intellego primam recensione, quam secundam, postea pluribus verbis exponam., vide infra. —

¹¹⁾ Kirchhoff l. c. p. 86.

ὁμῖν, ἡγούμενος οὐδεμίαν παρασκευὴν ἰσχύειν παρ' ὁμῖν μείζον τῶν νόμων... καὶ τοὺς νόμους, οὓς ἐνομοθέτησεν ὁ Σόλων... ὥσπερ οἱ νόμοι κελεύουσιν. 54, 27. 55, 1: καὶ ταύτην ἔχοντες τὴν διανοίαν ἀκούετε τῶν μελλόντων ῥηθῆσθαι λόγων, εἰ οἶδ' ὅτι καὶ δίκαια καὶ εὖορκα καὶ συμφέροντα ὁμῖν αὐτοῖς ψηφισθεὶς καὶ πάσῃ τῇ πόλει; 90, 15 et 18. —

§ 9 contra K. auctoritatem minus ejicere velim, quia verba § 10, quam K. secundae tribuit recensionis, § 9 antecedere postulant.

a. Prima recensio igitur, quae fuit oratio a Demosthene domi ante habitam Aeschinis accusationem elaborata, complectebatur §§ 3. 4. 8. 53 caet.

b. Secunda recensio, quae fuit oratio statim post Aeschinis accusationem apud iudices habita, constabat §§ 1. 2. 9—52 al. Atque Demosthenes ea, quae in iudicio ex tempore adversus Aeschinis criminationes locutus erat, postea utrum ipse libello addiderit, an alius id fecerit post mortem auctoris, in medio relinquam.

c. Spuriae §§, quae interpolatorem redolent insulsum, sunt §§ 5. 6. 7.

Cap II.

De reliquae orationis sententiis congruentibus.

§§ 22 et 23. Aeschines nunc vituperat, quae ante non vituperaverat et, si forte melius quid habebat, tunc erant vituperanda. Quam sententiam orator sexcenties refricat cf. § 139: καίτοι δυοῖν αὐτὸν ἀνάγκη θάτερον, ἢ μηδὲν τοῖς πεπραγμένοις ὑπ' ἐμοῦ τότε ἔχοντ' ἐγκαλεῖν... ἢ τὸ τῶν... φέρειν εἰς μέσον τὰ τούτων ἄμεινω. § 188 ἦν μὲν τοίνυν τοῦ δικαίου πολίτου τότε δεῖξαι πᾶσιν, εἴ τι τούτων εἶχεν ἄμεινον, μὴ νῦν ἐπιτιμᾶν. § 239 τί γὰρ νῦν λέγεις, οἷα ἐχρῆν πράττειν, ἀλλ' οὐ τότε ὦν ἐν τῇ πόλει καὶ παρὼν ταῦτ' ἔγραφες; § 293 πῶς οὐκ ἀδικεῖς καὶ δεινὰ ποιεῖς, τούτοις νῦν ἐγκαλῶν, ὦν τότε οὐκ εἶχες λέγειν βελτίω; § 196, 199.

§ 34. Demosthenes ad crimina et maledicta Aeschinis pauca est responsurus; idem promittit §§ 4. 9. 11. 17. 53. 56. 58. —

§§ 51 et 52. Aeschines se hospitem appellat Alexandri, sed re vera homines pecunia corrupti corrumpentium amici hospitesque vocari non possunt cf. § 284 προσεποιῶ φιλίαν καὶ ξενίαν εἶναι σοι πρὸς αὐτὸν, τῇ μισθαρνίᾳ ταῦτα μετατιθέμενος τὰ ὀνόματα... ἀλλ' ἐμισθώθης ἐπὶ τῷ τὰ τουτωνὶ... Spectant ad verba Aesch. adv. Ctes. 63, 12.

§ 56 orator denuo exponit dispositionem, qua usus est in refellendis Aeschinis criminationibus; vide ad § 34.

§ 59 veniam petit orator, si saepius res a se pro communi Graecorum salute gestis attigerit; cuius rei culpa jure meritoque in Aeschinem transferatur, qui tale instituerit certamen. cf. § 4.

§ 66. Athenienses semper de principatu et gloria et honore dimicarunt, cf. 203 ἀγωνιζομένην περὶ πρωτείων καὶ τιμῆς καὶ δόξης κινδυνεύουσα πάντα τὸν αἰῶνα διατετέλεκεν.

§ 201 μηδέποτε τῆς πόλεως ἐν τοῖς ἔμπροσθε χρόνοις ἀσφάλειαν ἄδοξον μᾶλλον ἢ τὸν ὑπὲρ τῶν καλῶν κίνδυνον ἡρημένης; cf. § 205, 208. Vide praeclaram Periclis orationem apud Thuc. II c. 42 καὶ ἐν αὐτῷ τῷ ἀμύνεσθαι καὶ παθεῖν μᾶλλον ἡγησάμενοι ἢ τὸ ἐνδόντες σώζεσθαι; et rursus c. 64 ταῦτα γὰρ ἐν εἴθει τῆδε τῇ πόλει πρότερόν τε ἦν... γινώτε δὲ, ὄνομα μέγιστον αὐτὴν ἔχουσαν ἐν πᾶσιν ἀνθρώποις διὰ τὸ ἐν ξυμφοραῖς μὴ εἶκιν, πλεῖστα δὲ σώματα καὶ πόνους ἀναλωθέναι πολέμῳ; c. 63 fine.

§ 68. Semper majores Atheniensium pro libertate Graeciae quum pugnavissent, turpe esset, nunc ultro eam Philippo cedere cf. § 200: εἰ γὰρ ταῦτα προσεῖτο ἀκονιτὶ, περὶ ὧν οὐδένα κίνδυνον, ὅντιν' οὐχ ὑπέμειναν οἱ πρόγονοι... vide Thuc. c. 42 et c. 64.

§ 69. Demosthenes optimam reipublicae administrandae rationem, et utilitati et gloriae et traditionibus convenientem, sequebatur, si omni modo Athenienses ad bellum contra Philip-
pum inflammare studebat; cf. §§ 199, 206, 208 sqq.

§ 80. Ex Demosthenis administratione reipublicae ipsi laudes honoresque reddebantur:

§ 80 ἐξ ὧν ὑμῖν μὲν τὰ κάλλιστα, . . . στέ- | § 86 καὶ στεφάνους ἐξ αὐτῶν τῆ πόλει . . .
φανοί . . . παρὰ τῶν εὐ πεπονθότων ἐγίγνοντο.¹²⁾ | καὶ πᾶσιν ὑμῖν γενέσθαι . . .

§ 122. Aeschines histrionum modo fidem superjacet augendo cf. § 127 ὥσπερ ἐν τραγωδίᾳ
βοῶντα . . . § 124 Αἰσχίνης πομπεύειν ἀντὶ τοῦ κατηγορεῖν εἴλετο. Spectat verba Aeschin. adv.
Ctes. 90, 30. —

§ 123. Majores haec judicia non aedificarunt, ut e privata vita opprobria objicerentur,
sed ut crimen poena afficeretur cf. § 278 οὔτε γὰρ τὴν ὀργὴν οὔτε τὴν ἔχθραν . . . τὸν . . . ἀγαθὸν
πολίτην δεῖ τοὺς ὑπὲρ τῶν κοινῶν εἰσεληλυθότας δικαστὰς ἀξιοῦν αὐτῶ βεβαιοῦν, οὐδ' ὑπὲρ τούτων εἰς
ὑμᾶς εἰσιέναι; § 16.

§ 124 cf. §§ 13 et 14.

§ 138 Demosthenes, etsi multa de factis Aeschinis reipublicae saluti perniciosis dicere
posset, tamen omnia silentio est praeteriturus cf. § 50: καὶ περὶ μὲν τῶν τότε πραχθέντων ἔχων
ἔτι πολλὰ λέγειν καὶ ταῦτα ἡγοῦμαι πλείω ἱκανῶν εἰρησθαι, αἴτιος δ' οὗτος ὥσπερ ἐσωλοκρασίαν μου τῆς
πονηρίας τῆς ἑαυτοῦ κατασκευάσας . . . παρηνώχλησθε δ' ἴσως οἱ καὶ πρὶν ἐμὲ εἰπεῖν ὅτι οὐκ εἰδότες τὴν
τούτου τότε μισθαρνίαν; — nam orator haud ignorare se dicit, quam facile Athenienses amicos
reipublicae vocent in suspicionem, credant communis salutis adversariis cf. § 3. — Totam § ego
interpolatori tribuerim: observes primum, quam orator se de Aeschinis rebus gestis taciturnum
esse pollicitus, promissis non stet, nam § 142 sqq., quae fecerit Aeschines contra salutem pa-
triae, enumerat; tum sententia ista Athenienses convicia audiendi voluptate patriae salutem
neglegere, in § 3 apte dicta, hoc loco supervacat; deinde particula τοίνυν minus sententiarum
nexum quadrat. Contra, ejectis §§ 137 et 138, si post § 136 pergimus verbis § 139, omnis
difficultas de medio est sublata aptissimeque verbis praecedentis §: οὗτος δὲ συνηγωνίζετο, καὶ
τάναντία ἐμαρτύρει τῆ πατρίδι, καὶ ταῦτα ψευδῆ adjunguntur verba sequentis §: καὶ τὸ μὲν δὴ πρὸ τοῦ
πολεμεῖν φανερώς συναγωνίζεσθαι Φιλίππῳ . . . Laedunt quoque me verba μετὰ ταῦθ' ὕστερον (§ 137),
plane diverse adhibita, quam § 36 εὐθύς, οὐκ εἰς μακρὰν . . .

§ 141 cf. p. 2 et 4 h. diss., quae ad §§ 1 et 10 adnotavi. —

§ 197: Demosthenes semper bonum civem se praestitit semperque operam in rebus com-
muni saluti profuturis navavit, Aeschines patriae fuit perniciēs ac ruina:

§ 197 ἐγὼ μὲν ἔδωκα ἑμαυτὸν εἰς τὰ πᾶσι
δοκοῦντα συμφέρειν οὐδένα κίνδυνον ὀκνήσας . . .

§ 180: πλείονος ἄξιος ἐφάνην τῆ πατρίδι. Σὺ
μὲν γε οὐδὲν οὐδαμοῦ χρήσιμος ἦσθα, ἐγὼ δὲ
πάντα, ὅσα προσῆκε τὸν ἀγαθὸν πολίτην ἐπρα-
τον . . .

§ 179 καὶ ἐδωκ' ἑμαυτὸν ὑμῖν . . . εἰς τοὺς
περιστηκότας τῆ πόλει κινδύνους . . .

§ 197 ἀμείνων ἐγὼ σου πολίτης γέγονα . . .
σὺ δὲ . . . οὐτ' εἰς ταῦτα χρήσιμον οὐδὲν σεαυτὸν
παρέσχες . . .

cf. § 220 οὔτως ἐπεπείσμη μ. ἐ . . . ὥστ' οὐκ ἐδόκει μοι χώραν οὐδὲ πρόνοιαν οὐδεμίαν τῆς ἰδίας
ἀσφαλείας διδόναι, ἀλλ' . . . § 219 ἀλλ' ὅμως οὐδεὶς πώποτε τούτων διὰ παντὸς ἔδωκεν εἰς οὐδὲν τῆ πόλει.

¹²⁾ Perversa editorum cura lectionis vitia callide tegere vel emendare studet: sic plerique editores nonnullorum
codicum jam correctam lectionem ὑπῆρχον pro vulgata ἐγίγνοντο in textum receperunt; at ἐγίγνοντο legitimum esse,
comparatis §§ 60 et 86, statim elucet.

§ 298 ἐμὲ οὔτε καιρὸς οὔτε φιλανθρωπία λόγων οὔτ' ἐπαγγελῶν μέγεθος οὔτ' ἐλπίς οὔτε φόβος οὔτ' ἄλλο οὐδὲν ἐπῆρεν οὐδὲ προηγιάγεται, ὧν ἔκρινα δικαίων καὶ συμφερόντων τῇ πατρίδι... In § 298 eadem atque hic sententia pluribus ornatoribusque verbis circumscribitur. Vide Aesch. adv. Ctes. 62, 3. 62, 36, ubi Demostheni opprobrio datur animus venalis et 77, 39, ubi Aeschines enumerat, quas virtutes bonus civis habere debeat. —

§ 200. Eventus rerum positus est in dei potestate neque infirma vis humana praecavere aut mutare eum potest cf. § 192: τὸ μὲν γὰρ πέρας, ὡς ἂν ὁ δαίμων βουλευθῆ, πάντων γίγνεται; § 193 μὴ δὴ τοῦτο ὡς ἀδίκημα ἐμὸν θῆς... ἐν γὰρ τῇ θεῷ τοῦτο τέλος ἦν; § 208 ὁ μὲν ἦν ἀνδρῶν ἀγαθῶν ἔργον, ἅπασι πέπρακται, τῇ τύχῃ δ', ἦν ὁ δαίμων ἐνεῖμεν ἐκάστοις, ταύτῃ κέχρηται; § 194. —

§ 208 Athenienses, sibi pro communi Graecorum salute libertateque vel gravissima pericula subeunda esse opinati, viros hoc suadentes atque his consiliis rem gerentes, etsi calamitates acceperunt, tamen quam maximis affecerunt honoribus, c. § 204. Vel his quoque §§ cernitur, § 208 sententiam § 204 ornatoribus verbis circumscriptam et distinctius definitam reddere; nec forma enunciationis non est similis, nam utraque periodus exit adverbio hunc Atheniensium morem laudante: εἰκότως — δικαίως.

§ 212. Non licet Aeschini eventum rerum minus prospere cedentium Demostheni culpae dare, quippe qui nec militaris imperii nec fortunae pugnantium, sed solius dicendi habuerit potestatem cf. § 192 τὴν προαίρεσιν σκόπει τῆς πολιτείας, μὴ τὰ συμβάντα συκοφάνται; § 193; § 245 καὶ ταῦτα τοῖς λόγοις, τίνος γὰρ ἄλλου κύριος ἦν ἐγὼ; οὐ γὰρ τῆς γε ἐκάστου ψυχῆς οὐδὲ τῆς στρατηγίας, ἧς ἐμ' ἀπαιτεῖς εὐθύνας; § 247 οὐκ οὖν τῶν μὲν δυνάμεων οὔτε κύριος οὐδ' ἡγεμῶν ἦν ἐγὼ, ὥστ' οὐδ' ὁ λόγος τῶν κατὰ ταῦτα πραχθέντων πρὸς ἐμέ; § 236 ἐγὼ δὲ... τίνος κύριος ἦν; οὐδενός; § 303 εἰ δὲ ἡ δαίμωνός τις ἢ τύχης ἰσχύς ἢ στρατηγῶν φαυλότης ἢ τῶν προδιδόντων τὰς πόλεις ὑμῶν κακία... ἐλυμαίνετο τοῖς ὅλοις, τί Δημοσθένης ἀδικεῖ; vide Aeschin. adv. Ctes. 73, 33, quem locum hic spectat D.; 61, 36. 72, 33 sqq. 74, 6. — Atque haud parvum indicium, § 212 secundae recensione deberi, verba sunt § 211 λέγε μοι τὴν ἐπιστολήν, quibus in § 213 demum respondetur; quoad enim observasse mihi videor, locis genuinis semper decreta aut epistolae, simulac orator scribam ea recitare jussit, statim sequuntur; hic contra et in § 180 intercedit longior sententia. Vel particula καίτοι, ut in § 53 τοῖνον, in § 83 τοῖνον, in § 123 καίτοι, in § 138 τοῖνον, in § 180 καίτοι, in § 206 τοῖνον, in § 219 καίτοι operam interpolatoris, hasce particulas ad transitum aptissimas amantis, redolet. Quid! quod ex forma ipsa verbi ἀτοχεῖν passiva concludere licet, hanc § non a Demosthene ipso, sed a rhetore aliquo posterioris aevi profectam esse. —

§ 219 Demosthenes gloriatur, se solum omnia negotia simul suscepisse: se et decreta scripsisse et legationem obiisse:

§ 179 οὐδ' ἔγραψα μὲν, οὐκ ἐπρέσβευσα δὲ... ἀλλ' ἀπὸ τῆς ἀρχῆς διὰ πάντων ἄχρι τῆς τελευτῆς διεξῆλθον καὶ ἔδωκ' ἐμαυτὸν ὑμῖν... εἰς τοὺς κινδύνους...

§ 219: ἀλλ' ὅμως οὐδέεις πώποτε τούτων διὰ παντὸς ἔδωκεν ἑαυτὸν εἰς οὐδὲν τῇ πόλει, ἀλλ' ὁ μὲν γράφων οὐκ ἂν ἐπρέσβευσεν...

§ 180, 197, 298. Mihi observatione digna videtur antithesis in §§ 179 et 219. — Vide Aesch. adv. Ctes. 62, 42: τοὺς ἅμα μὲν πρεσβεύοντας, ἅμα δὲ τὰ ψηφίσματα γράφοντας. —

§§ 222 et 223. Demosthenes propter merita in rempublicam decretis easdem fere syllabas habentibus jam ante coronatus est, neque Aeschines, quum coram adesset, ea accusavit:

§ 83: στεφανωσάντων τοῖνον ὑμῶν ἐμὲ ἐπὶ τούτοις τότε, καὶ γράψαντος Ἀριστονίκου τὰς αὐτὰς συλλαβὰς, ἅσπερ οὐτοσὶ Κτησιφῶν νῦν

§ 222: ἀνθ' ὧν δικαίως ἐστεφανώσθη ὑπὸ τουτωνί, καὶ σὺ παρὼν οὐκ ἀντέλεγες... § 223: ταυτὶ τὰ ψηφίσματα... τὰς αὐτὰς συλλαβὰς καὶ

γέγραφε... οὐτ' ἀντεῖπεν Αἰσχίνης παρὼν οὕτε
τὸν εἰπόντα ἐγράψατο.

ταῦτά ῥήματ' ἔχει, ἄπερ πρότερον μὲν Ἀριστόνι-
κος, νῦν δὲ Κτησιφῶν γέγραφεν οὕτως καὶ ταῦτ'
Αἰσχίνης οὕτ' ἐδίωξεν... οὕτε τῷ γραψαμένῳ
συγκατηγόρησεν.

Vix quisquam ita obtusus erit, ut alterum locum sententiam alterius eisdem verbis exprimere neget; neque uter sit spurius atque ejiciendus, respicientibus nobis nexum sententiarum potest esse in dubio: in § 83 sqq. recte procedit sensus, praesertim quum ψήφισμα paragraphi verba explicans ac nitens statim recitetur; in § 222 sqq., ubi de D. rebus adversus Philippum gestis agatur, minus apte denuo in medium, quae supra jam commemorata erant, proferuntur. Quid autem de his §§ senserim, vide paullo inferius. —

§ 226. Aeschines tanto tempore post crimen modo rhetorum in majus exaggerans Demosthenem accusat, quia, rebus recentibus, minus judicum animos criminationibus circumvenire potuisset cf. § 15 νῦν ἐκστάς τῆς ὀρθῆς καὶ δ. ὁ. καὶ φυγῶν τοὺς παρ' αὐτὰ τὰ πράγματα ἐλέγχους, τοσοῦτοις ὕστερον χρόνοις αἰτίας... συμφορῆσας ὑποκρίνεται; § 280 καὶ μοι δοκεῖς ἐκ τούτων.. λόγων ἐπιδειξίν τινα καὶ φωνασκίας βουλόμενος ποιήσασθαι τοῦτον προελέσθαι τὸν ἀγῶνα, οὐκ ἀδικήματος οὐδενὸς λαβεῖν τιμωρίαν.

§ 264: Demosthenes etsi multa de Aeschinis vita proferre posset, tacere mavult, ne quid dicat quod oratione sua indignum esse videatur cf. § 129: οὐκ ἀπορῶν, ὅτι χρῆ περι σοῦ καὶ τῶν σῶν εἰπεῖν... ἀλλὰ νῆ τὸν Δία κ. τ. θ. ὀκνῶ, μὴ περι σοῦ τὰ προσήκοντα λέγων αὐτὸς οὐ προσήκοντας ἐμαυτῷ δόξω προηρῆσθαι λόγους.

§ 253. Bona fortuna uti atque usam esse rempublicam Atheniensium, quae autem secus cesserint, fuisse partem ceterorum hominum fortunae, urbi Atheniensium obvenientem cf. § 271 πόσῳ δικαιοῦτερον καὶ ἀληθέστερον τὴν ἀπάντων, ὡς ἔοικεν, ἀνθρώπων τύχην κοινὴν καὶ φορὰν τινα πραγμάτων χαλεπὴν... τούτων αἰτίαν ἡγεῖσθαι.

§ 256. Demosthenes denuo, ut § 59, veniam petit eorum, quae modo dixerat, sed coactum se esse criminatione Aeschinis, ut in ejusmodi verba inciderit, quibus se quam modestissime usurum esse pollicetur cf. § 4 πολλάκις λέγειν ἀναγκασθήσομαι περι ἐμαυτοῦ. Πειράσομαι μὲν οὖν ὡς μετριώτατα τοῦτο ποιεῖν· ὅτι δ' ἂν τὸ πρᾶγμα αὐτὸ ἀναγκάζῃ, τούτου τὴν αἰτίαν ἐστὶ δίκαιος ἔχειν ὁ τοιοῦτον ἀγῶνα ἐνστησάμενος. —

§ 268 cf. §§ 10 et 141.

§§ 272 et 273: Demosthenes si imperio functus esset, ceteri oratores infelicem rerum eventum ipsi opprobrio dare potuissent, quum autem, quam ceteri, solam dicendi potestatem habuerit, quomodo ei nunc calamitates vitio vertuntur?! cf. § 236 τίνος κύριος ἦν; οὐδενὸς· αὐτὸ γὰρ τὸ δημηγορεῖν πρῶτον, οὐ μόνου μετεῖχον ἐγὼ, ἐξ ἴσου προὔτιθεθ' ὑμεῖς τοῖς παρ' ἐκείνου μισθαρνοῦσαι καὶ ἐμοί. Nam vera si sunt quaerenda, omnibus potius calamitatum culpam ascribi oportet cf. § 284 ἐμοὶ λοιδορεῖ καὶ ὀνειδίξεις, ὧν πάντας μᾶλλον αἰτίους εὐρήσεις.

§ 279 cf. § 16.

§ 280. Nihil interest vel ad vocem vel ad gestum, quibus orator utatur, sed ad mentem voluntatemque rectam et facta inde nascentia cf. § 232 πάνυ γὰρ (per εἰρώνειαν dictum!) παρὰ τοῦτο... γέγονε τὰ τῶν Ἑλλήνων πράγματα, εἰ τοῦτ' ἐστὶ τὸ ῥῆμα, ἀλλὰ μὴ τοῦτ' διελέχθη ἐγὼ ἢ δευρὶ τὴν χεῖρα, ἀλλὰ μὴ δευρὶ παρήνευκα; § 292 τὸν τῶν νόμων καὶ τῆς πολιτείας φάσκοντα φροντίζειν... καὶ εἰ μὴδὲν ἄλλο, τοῦτό γ' ἔχειν δεῖ, ταῦτά λυπεῖσθαι καὶ ταῦτά χαίρειν τοῖς πολλοῖς καὶ μὴ τῇ προαιρέσει τῶν κοινῶν ἐν τῷ τῶν ἐναντίων μέρει τετάχθαι; § 217. — Respondet verbis Aeschin. adv. Ctes. 84, 6. —

§§ 283 et 284: Aeschines quum res prospere cederent, sibi nihil esse cum Philippo, jurejurando affirmabat; quum clades Atheniensium nuntiaretur, statim amicitiam sibi cum eo esse, prae se ferebat cf. § 286 *α*... εὐθινοῦντων τῶν πραγμάτων ἡρνεῖσθε διομνυόμενοι, ταῦτ' ἐν οἷς ἔπταισεν ἡ πόλις ὡμολογήσατε; cf. etiam § 198.

§ 308. Aeschines si de suadendis rebus patriae utilibus agitur, tacet, sin republica detrimenti quid cepit, subito praeclarus fit orator, cf. § 198 *πράττεται* τι τῶν ὑμῶν δοκούντων συμφέρον· ἄφωνος Αἰσχίνης. ἀντέκρουσέ τι καὶ γέγονε οἷον οὐκ ἔδει, πάρεστιν Αἰσχίνης, ὡσπερ τὰ ῥήματα καὶ τὰ σπᾶσματα, ὅταν τι κακὸν τὸ σῶμα λάβῃ τότε κινεῖται. Atque contentus §§ is est, ut in utraque Aeschines cum aliqua re comparetur. —

§§ 314 et 315. Non aequum est viventes componere cum mortuis: nam illorum gloriam honoremque rodit invidia aequalium, horum vitia, quippe qui viventibus jam non obstant, minus exagitat odium; quae quum ita se habeant, Aeschines Demosthenem conferat cum oratoribus suae aetatis, cum se ipso, cum alio quolibet, cf. § 318 *ἀλλὰ πρὸς τοὺς ζῶντας*... τὸν ζῶντα ἐξέταξε καὶ τοὺς καθ' ἑαυτὸν § 319 καὶ σὺ πρὸς τοὺς νῦν ὄρα με ῥήτορας, πρὸς σαυτὸν, πρὸς ὄντινα βούλει τῶν ἀπάντων. Spectant §§ Aesch. adv. Ctes. 79, 42, 79, 4, 81, 6; vide etiam Thucyd. II 45 φθόνος γὰρ τοῖς ζῶσι πρὸς τὸ ἀντίπαλον, τὸ δὲ μὴ ἐμποδῶν ἀνταγωνίστω εὐνοία τετιμῆται.

§ 322. Non minis, non promissis, non intentionibus adversariorum Demosthenes moveri potuit, ut ea, quae patriae saluti utilia fore speraret, proderet; sed rectam justamque reipublicae gerendae viam quum semel elegisset, usque ad finem est persecutus:

§ 298 ἐμὲ... οὐτ' ἐπαγγελιῶν μέγεθος οὐτ' ἐλπίς οὐτε φόβος... προηγάγετο, ὧν ἔκρινα δικαίων καὶ συμφερόντων τῇ πατρίδι οὐδὲν προδοῦναι... ἀλλ' ἀπ' ὀρθῆς καὶ δικαίας... ψυχῆς... πάντα ταῦτα ὑγιῶς καὶ δικαίως πεπολίτευμαι.

§ 322 οὐκ ἀπειλούντων, οὐκ ἐπαγγελλομένων... οὐδαμῶς ἐγὼ προδέδωκα τὴν εἰς ὑμᾶς εὐνοίαν. Τὸ γὰρ ἐξ ἀρχῆς εὐθὺς ὀρθῆν καὶ δικαίαν τὴν ὁδὸν τῆς πολιτείας εἰλόμην....

cf. etiam § 197.

Vidimus igitur, quoties verba singulorum locorum, ne dicam sententiae, altera ex alteris aut pendeant aut fluxerint; quae res ac conditio ut melius dicitur, haud abesse opinor ab hac quaestione, si summam omnes et plane congruentes et similes tantum §§ in brevi conspectu ponam:

A. Plane congruunt hae §§:

§ 1 = § 8 = § 141
 § 13 = § 14
 § 15 = § 225, 226
 § 16 = § 279
 § 9 = § 17
 § 66 = § 203

§ 80 = § 86
 § 179, 180 = § 197
 § 179 = § 219
 § 83 = § 222, 223
 § 298 = § 322.

In summa 26 §§.

B. Similes sententias continent hae §§:

§ 1 ≅ 10
 § 2 ≅ 6, 7, 227
 § 3, 4 ≅ 138
 § 4 ≅ 8, 11, 17, 59
 § 5 ≅ 3
 § 12 ≅ 3
 § 15 ≅ 5, 12, 13
 § 22, 23 ≅ 139, 188, 196, 239, 273

§ 34 ≅ 4, 9, 11, 17, 53, 56, 58
 § 51, 52 ≅ 284
 § 66 ≅ 201
 § 68 ≅ 200
 § 69 ≅ 199, 206, 208 sqq.
 § 122 ≅ 124, 127
 § 123 ≅ 278
 § 124 ≅ 13, 14

§ 138		50, 3
§ 197		220, 219, 298
§ 200		192, 193, 194, 208
§ 190		199
§ 208		204
§ 212		192, 193, 245, 236, 247, 303
§ 219		180, 197, 298
§ 226		280
§ 264		129
§ 253		271

§ 256		4
§ 268		10, 141
§ 272, 273		236, 284
§ 280		232, 292, 217
§ 283, 284		198, 286
§ 308		198
§ 314, 315		318, 319
§ 322		197.

In summa 114 §§.

Cap III.

Nexus sententiarum in tota oratione recensetur.

Eodem die, quo Aeschines habuerit orationem accusatoriam, etiam Demosthenem in iudicio se defendisse — num Ctesiphon pauca ad iudices fecerit verba, nihil ad rem! — quum ex more in causis agendis tunc sollempni¹³⁾ tum ex ipsa Demosthenis oratione constat. Ante autem quam Demosthenes in iudicium venit, sine dubio domi diligenter et acute et sagaciter omnia, quae ab Aeschine contra se dici possent et quomodo iis adversaretur, circumspexerat¹⁴⁾; neque video, cur non omnia, quae ipse pro causa sua esset dicturus, concinne disposuerit, litteris mandaverit, memoriae infixerit; praesertim quum ex tempore Demosthenem raro vel omnino non dixisse, vetustas claris verbis testificetur. At Aeschine crimina nova inauditaque praeter opinionem auctoris nostri¹⁵⁾ proferente, Demostheni, nunc viam plerumque evitatam ingredi coacto, ex tempore, quae ipsi vitio verterentur, erant refellenda. Postea quum orationem suam in lucem esset editurus, adhibita Aeschinis jam vulgata oratione, ex memoria, quae apud iudices locutus erat, ad marginem libelli domi diligenter scripti, addidit. Neque tamen fieri potuit quin multa, in libello suo loco apteque dicta, nunc vel plane essent mutanda, vel alio transponenda vel pluribus verbis circumscribenda. Restat autem quaestio, utrum Demosthenes ipse extremam operi suo imposuerit manum, an rhetor aliquis Demosthenis exemplari et notis manu auctoris additis usus, orationem, ut nunc habemus, vulgaverit. Quod mihi propius fidem est, nam quantum ego quaestione mea eruisse mihi videor, tota Demosthenis oratio de corona, sicuti nunc traditam manu terimus, tribus — id quod jam in prooemio apparet! — membris male consarcinatis ad unum corpus redacta est:

¹³⁾ Schaefer l. c. III. p. 209: „Aeschines als Kläger hatte das erste Wort“; Meier-Schoemann der attische Process p. 711: „Hatte der Kläger, und mit ihm seine Beistände, wenn welche da waren, gesprochen, und der Beklagte sich verantwortet“ ... Dissen ed. or. p. 140: primum .. prodiit Aeschines... Aeschinis oratione finita primum Ctesiphon respondit, quam tamen responsionem brevem fuisse credas ... Ctesiphonti συγγήγορος successit Demosthenes.

¹⁴⁾ Schaefer l. c. III Beil. p. 80: „Gewiss hat Demosthenes seine Vertheidigung im Voraus wohl erwogen und auf das Sorgfältigste vorbereitet ... D. ward im Voraus darüber klar, wessen er sich von seinem Gegner zu versehen hatte. Von Jugend auf hatte sich D. darin geübt in der Seele seines Gegners zu lesen, Gründe und Gegenstände im Voraus zu erschöpfen, den Gegenstand nach allen Seiten zu beherrschen. (Vergl. o. Bd. I 277 f.)“

¹⁵⁾ § 225: ἐκ παλαιῶν χρόνων καὶ ψηρισμάτων πολλῶν ἐκλέξαντα, ἃ μήτε προήξει μήδεις μήτ' ἂν ἐρήθη τήμερον ῥηθῆναι, διαβάλλειν ...

I. ex commentario orationis, domi diligenter elaborato; quam intellego primam recensionem.

II ex additamentis, Demosthenis manu ad marginem istius commentarii post habitam apud iudices defensionem adscriptis; quam intellego secundam recensionem.

III. ex additamentis, quae interpolatori has duas recensiones in unam conflanti, necessariae sunt visa; quas §§ voco spurias.

Itaque ego, hac in re plane a Kirchhoffio dissentiens, fieri posse existimo, ut ex conglutinata, quam nunc legimus, oratione genuinum commentarium, ejectis additamentis et Demosthenis ipsius et interpolatoris, restituamus. Nam id certe mirum foret, si, quae est Kirchhoffii sententia, de commentario sine ulla dubitatione a Demosthene domi diligentissime elaborato, fragmentum parvum neque per se satis perfectum neque peroratione legitima ornatum ad nos pervenisset; mihi multo probabilius esse videtur, istum orationis commentarium totum inesse in oratione nobis tradita nostrumque esse videre, quomodo eum, indiciis aut sensu aut particulis transitum efficientibus, tanquam nucleum extricemus. Quod ad assequendum utile mihi videtur, per singulas §§ summam totius orationis percensere, unde, quae §§ primae recensionis sint tribuendae, quas Demosthenes, habita apud iudices oratione, addiderit, quae operam interpolatoris manifestent, statim elucebit.

Summa orationis.

(§§ 18—25.)

De pace Philocratis, Aeschine, non Demosthene auctore, facta; §§ secundae sunt recensionis, cf. Aesch. adv. Ctes. 61, 42. 62, 24.

In § 18 mea sententia ἔπειθ' sensum loci turbat neque, adversus commentatorum¹⁶⁾ artificiosam explicationem, retineri potest; ego scribere velim ἐπεὶ δ'; nam certe particula δέ, praecedente πρῶτον μὲν, exspectatur. Quod si probaveris, etiam sequens καὶ tollendum erit (ἐπεὶ δ' ἡ Π. ἀ. δ. οὐθ' οἱ μισοῦντες...). Ut semel ἐπεὶ δ' vitiose ἢν ἔπειθ' mutatum erat, verba πρῶτον μὲν, plane otiosa propter sequens ἔπειτα a negligentibus lectore addita esse videntur, nam sensum rectum non praebent.

(§§ 25—42.)

De legatione Aeschinis ad Philippum et Atheniensibus et toti Graeciae perniciosissima; secundae recensionis, Demosthenis manu factae, debentur cf. Aesch. adv. Ctes. 63, 15.

[§ 34] ab interpolatore est addita, nam quum narrationem interrumpat, quum frustis Demosthenicis composita sit, cf. §§ 6, 9, 11, 17, 56, tum imprimis § 35 verbis: τίνες οὖν ἦσαν οἱ παρὰ τούτου λόγοι τότε ῥηθέντες καὶ δι' οὗς ἅπαντ' ἀπώλετο bene se ad § 33 applicat.

(§ 42)

orator se a digressionem revocat.

(§§ 43—50).

Quorumnam malorum ista Aeschinis legatio causa fuerit.

[§§ 50—53.]

Praeter verba § 53: καὶ μοι λέγε τὴν γραφὴν λαβῶν hae §§ ab interpolatore sunt profectae;

¹⁶⁾ Dissen ed. or. p. 183: „logica ratio sententiarum haec est: initio belli Phocensis eo animo eratis, ut intercedere cum exercitu et subvenire Phocensibus velletis, ne posset Philippus se immiscere, postea vero ad pacem cum rege faciendam inclinastis, cum Peloponnesus tota dissidere coepisset.“ Sed vir clarissimus omnia animo sibi finxit, nam ego de tota ista sententia intercedenti nihil video, nisi vitiosum ἔπειθ'. —

paragrapho 50 similis est § 138; §§ 51 et 52 simillima § 284 (cf. Aesch. adv. Ctes. 63, 12); § 53 plane eadem atque §§ 56 et 58. Quum igitur a sententiarum ordine aberrant, quum ex §§ vere Demosthenicis haustae sint, quum postea § 284 ejusdem sententiae aliam recensioem, fortasse a Demosthene ipso ortam videamus, quum nonnulla verba vel Demosthenicae dictioni repugnent vel sint obscura: (— ἐωλοκρασίαν... ἀπολύσασθαι; τοὺς νεωτέρους τῶν πεπραγμένων (?) —, quum § 53 contraria dicat orator quam § 58 (φημί... πολλῶν μειζόνων ἔτι τούτων ὁρωσῶν δίκαιος εἶναι τογγάνειν — εἴτε ἄξιός εἰμι τοῦ στεφάνου... εἴτε καὶ μή..)) nihil impedit, opinor, quominus eas vindicemus interpolatori.

§§ 53—60.

Demosthenes num merito corona donetur, optime ex rebus ab eo gestis apparebit. —

(§ 58) secundae est recensioem, quia spectat Aesch. adv. Ctes. 58, 15. Repetuntur hic modo vix tolerando sententiae §§ 53, 56, 57, 59. —

§§ 60—73.

Demosthenes acta a se in republica administrata recenset: semper se rempublicam ita administrasse, ut traditionibus Atheniensium convenisset, neque, si veram Atheniensium quis sectaretur utilitatem gloriamque, aliter vel suadere vel rem gerere potuisse quemquam.

In § 70 cum Kirchoffio verba καίτοι οὐ γ' ἐφησθα κτέ spuria esse crediderim, cf. §§ 161 et 162, § 73 sqq. —

(§§ 73—79)

usque ad verba καὶ πρῶτον μὲν τὴν εἰς Πελοπόννησον κτέ secundae esse recensioem, ego Kirchoffio libenter do.

§§ 79—95.

Quid porro fecerit Demosthenes e republica.

Atque recte vidit K., athetesi digna esse in § 80 verba μετὰ ταῦτα — σύμμαχοι; in § 82 οὐ τοίνυν — τήμερον (cf. Aesch. adv. Ctes. 85, 6) in § 83 καὶ δευτέρου — γενομένου; totam [§ 85].

(§§ 95—102)

secunda recensio; §§ 97—99 sententias a Thucydide mutuatas continent; similes dicuntur §§ 201—209; vide Thuc. II 41 μόνη (sc. urbs Athenarum) οὔτε τῶ πόλει ἐπελθόντι ἀγανάκτησιν ἔχει, ὅφ' οἷων κακοπαθεῖ, οὔτε τῶ ὑπηκόῳ κατάμεμψιν, ὡς οὐχ ὑπ' ἀξίων ἄρχεται; ib. 42 καὶ ἐν αὐτῶ τὸ ἀμύνεσθαι καὶ παθεῖν μᾶλλον ἡγησάμενοι ἢ τὸ ἐνδόντες σώζεσθαι; ib. 64: ὄνομα μέγιστον αὐτὴν ἔχουσαν... διὰ τὸ ταῖς ξυμφοραῖς μὴ εἶχειν, πλεῖστα δὲ σώματα καὶ πόνοους ἀναλωκῆναι πολέμῳ, ib. 36 et 62 sqq.

§§ 102—109.

Quid Demosthenis decreta de re navali profuerint.

In § 108 verba πολλὰ δὲ τὰ ἀδόνατα συνέβαινε sententiarum progressum prohibent neque quidquam novi necessariive afferunt; optime autem procedit sensus, scribentibus nobis ἐν τοῖς πένησιν τὴν τὸ λειτουργεῖν ac statim ἐγὼ δ' ἐκ τῶν ἀπόρων εἰς τοὺς εὐπόρους.

§§ 109—111.

Eadem mente imbutus erat Demosthenes in administrandis rebus Graecorum communibus.

§§ 111—122.

Ctesiphontis rogatio legibus non repugnat, nam Demosthenes non coronatus est ob ea, quorum rationes ei referendae erant, sed ob ea quae de suo erat largitus. Haud injuria Demosthenes, hanc rem Aeschinem sibi objecturum esse, animo providerat, cf. Aesch. adv. Ctes. 56, 15 et ipsam accusationem § 55.

[§§ 122—126].

Demosthenem Aeschines odio privato ductus calumniatur; — haud scio an §§ ab interpolatore sint insertae; similes sententiae dictae §§ 13—16. 278.

§ 126

